

CONSILIORVM
SELECTORVM,

IN CRIMINALIBVS
CAVVIS

A VARIIS QVI
BVSQVE EXCELLENTIS-
SIMIS IVRECONSULTIS, CONSCRIPTO-
rum: singulari vero studio, diligentia, labore & indu-
stria, Ioan. Baptista Ziletti, V. L. D. Veneti, recens in
hunc ordinem, secundum materiarum digni-
tatem, congestorum: sub Tomi
duplicis partitione.

TCVTV PRINCV
QVAE OMNIBVS IN IVRE. PRAESERTIM FORI
versantibus, quam necessaria & utilis. Item denud ad eorum
communem usum valde accuratius & elegantius,
quam antea, typis tradita sunt.

Cum Summario. omninoque ad Praxim necessarium,
IN D. G. H. receptis. 1778.

FRANCOFORTI

AP. MDCCLXXVIII.



REVERENDO AC CLARIS-

SIMO VIRO DOMINO BARTOLO RICHIO, IVRIS

UTRIVSQVE DOCTORI, COLLEGIATAE ECCLESIAE

D. Blasij ad Brunuigum Urbem Decano, Domi-

no suo summa obseruantia

colendo.



LUS Ciuile Romanum propter tuendam ac conseruandam pacem publicam, inuicem necessario institutum, ac deinceps successu temporis in meliorem formam paulatim redactum, in magnas temporum iniquitates incidit, per quas multis ac varijs perturbationibus concussum, nunquam tamen penitus elisum est. Adeo enim infracto animo contra imminentes procellas sese erexit, ut hostibus non facile manus daret, & si quando cadere oportuisset, tamen auctoritatem suam non difficulter recuperaret. Etenim hoc illud est, quo per iusti & iniusti, equi atq; iniqui cognitionem Ius suum cuiq; tribuimus, & legitimam in rebus ac causis ciuium equalitatem conseruamus atq; tuemur. *Idcirco* *M. Cicero*, Jus Ciuile, inquit, est equitas constituta ijs, qui eiusdem ciuitatis sunt, ad res suas obtinendas. Neq; alio Leges spectant, quam ut hac via suum cuiq; tribuatur, ciuismq; utilitati ac Reipublice salutis consulatur: Utq; Iuris Ciuilis cognitione parata, Reipub. laudabiliter praesse, eandemq; prudenter & iuste moderari, recteq; gubernare possimus, suum videlicet unicuiq; tribuendo: subditos in officio & pace retinendo: viduis oppressis, pupillis, & alijs miserabilibus personis, multisariam afflictis ac diuexatis subueniendo: demq; pauperes, tenuesq; homines contra potentiorum iniurias defendendo. Atq; veterum Iuris Romani interpretum alij de Iure responderunt (quos Iureconsultos nominabant) alij quidem Iureconsulti, sed eiusdem professores fuerunt, & in his Tiberium Coruncanum primum familiam Iuris candidatorum duxisse, Iusq; Ciuile professum, legimus. Multos deinde consecutos, qui profitendo maximam scientiam habuere, quorum facile princeps *P. Attilius* extitit, is qui ea gratia a populo Romano sapiens appellatus fuit. Atq; etiam in eo studio *Sulpicius* acatem penne conseruauit. Alios vero de Iure consultoribus respondere soltos populo longe notiores & honoratiores fuisse accepimus, ut qui de fori necessaria disputatione Iuris scientiam habuissent, eandem foro, priuatorumq; causis accommodarent. Sapientes sane homines, atq; haud scio an etiam ceteris praestantiores, qui studio Iuris contenti, & domi in Hemicyclo sedentes istud artificium, quod totum actuosum est, ut reliqua virtutes, qua in medijs bonorum moribus emittunt, alios docere honesto, ut ipsi delectant, otioso utentes, quam in actione versari, & artificium Iuris tractare, quam Iusticia & equitatis maluerunt. Sic *M. Antonium*, sic *Q. Hortensium* in arte non ita dissimili magnum nomen sibi quasuisse legimus, Etenim orando uterq; facultatem Oratoriam sibi peperit. Et si verum est vetus illud verbum: Homines in artificijs (qua maxima ex parte Iuris sunt constituti) in foro expertos, quam in Gymnasijs doctos ad controuersias dirimendas, ad equum bonum constituendum,

CONSILIORVM AD CAVSAS CRIMINALES RECENS EDITORVM EX EXCELLENTISSIMIS QVIBVSQVE

IVRECONSULTIS, ET VETERIBVS ET NOVIS,
diligentia, labore, & industria, Ioan. Baptistæ
Ziletti, L. V. Doctoris Veneti
collectorum,

TOMVS PRIMVS.

ET IS ALIVS QVAM QVI IN LVCEM ANTEA MISSVS EST,
Cum Summarijs & repertorio omnium qua ad praxim ne-
cessaria sunt, per eundem Zilettum illustratis.



CONSILIVM COLLEGII PATAVINI.

SVMARIA.

- 1 Euectriam sacratissimam conturbans, & ven-
dens, qua pena afficiatur? & num. 3.
- 2 Mactatum dominum, minus est peccatum, quam
humanam ledere.
- 3 Criminosus criminis lesa maiestatis, quibus po-
nendus.
- 4 Iniuriam Pontifici, vel Episcopo inferens, qua sit
placendus poena?
- 5 Clericus ipse iure incriminatus criminibus an
perdat privilegium sui.
- 7 Ecclesiam contemneris privilegium, quod habet ab
Ecclesia, meritis amittere.
- 8 Clericus tertio monitus, ut habitum reassumat, si

- 9 illum non reassumit, perdit privilegium clericale.
Respublica inter est, ut malefactores puniantur, &
lucra sibi subdita malis hominibus expurgentur.
- 10 Clericus in criminibus etiam constitutus, non per-
dit ipsius privilegium sui.
- 11 Solent delinquere dicuntur, qui his delinquit.
- 12 Clericus quod ob grave facinus amiserit privilegi-
um sui, sibi ad iudicem ecclesiasticum hoc
declarare. & num. seq.
- 13 Poena non debet imponi, licet in eo qui ipse iure in-
ciderit, nisi prius a iudice competente declara-
tum fuerit.
- 14 Iudex secularis quando possit clericum punire, nisi
la fuit a declaratione per iudicem ecclesiasticum
& num. 15.

IMPRESSVM FRANCO-
FORTI AD MOENVM, PER
MARTINVM LECHLERVM, IMPEN-
SIS SIGISMVNDI FEYRABENDI,
Anno à Christi natali,



M. D. LXXVII.

C O N S I L I O R V M
S E V

RESPONSO-
R V M.

AD CAUSAS CRI-
MINALES, RECENS
EDITORVM,

Ex Excellentissimis quibusq; Iureconsultis veteribus, ac nouis, diligentia, labore, & industria Ioan. Baptistæ Ziletti V. I. D. Veneti collectorum,

TOMVS SECVNDVS.

Iam vero deusd recusat, & infinito mendis, quibus prior editio scatebat, reiectis, pristino nitore restitutos, Summaries & Repertorio similium, que ad Praxim necessaria sunt, illustratos.

FRANCOFORTI
AD MOENVM, 1577.

CLARISSIMO, ET ORNA-
 TISSIMO VIRO, DOMINO GEDEONI EGELINGO
 IVRECONSULTO, REVERENDISSIMI AC ILLUSTRISSIMI
 Principis ac Domini, Domini Henrici, Postulati Archiepiscopi Bremensis &
 Osnaburgensis, Ducis Saxoniae, Angariae, & Westphaliae, etc. Consilia-
 rio, ac Syndico Capituli Metropolitanae Ecclesiae Bremensis,
 Domino suo summa obseruantia
 colendo.



TE M P U S fuisse, Vir ornatissime, quo humanum genus
 in agris hinc inde dispersum, beluarum more de victu fe-
 rino sibi prospexisse, nec consilio ex recta ratione profecto
 quidquam, sed corporis viribus plerumque administrasse, mo-
 numentis hominum doctorum proditum esse, accepimus.
 Qua viuendi norma & regula Diuina Religionis, huma-
 niq. officij rationem cultam fuisse haud consentaneum est.
 Quis enim tam excors, tamq. demens, aut a mente sua pror-
 sus deturbatus excusso Rectore negabit, quin reiectis, nec non ex humana societate
 sublatis legibus, Numinis diuini instinctu natis, in Concilijs doctissimorum & sa-
 pientissimorum hominum promulgatis, omne quod ubiq. terrarum est pulchrum,
 quod honestum, quod eximium, quod sanctum atq. diuinum, mox sit ingenti cum
 Rerumpub. incommodo disperiturum, magnamq. male compositis adhuc mo-
 dum rebus humanis allaturum, & cladem & foedam ignominiosamq. sui neglectus
 atq. contemptus relicturum memoriam. Quapropter cum praecipua sit Legum vis
 & ratio, ut humanum genus sua natura ferox & indomitum, ad omni generis
 vitia propensum, semperq. in vetitum ruens, imperio iussuq. suo coherceant, virtu-
 tisq. studium strenue prosequendum esse tubeant, omnes summa ope & diligentia
 anniti decet, conseruationem publica pacis & civilis conuersationis adiuuare atq.
 tueri. Qua enim commiseratione aut admiratione humana cecitatis, aut quo
 stupore mentis vitam, nullis circumscriptam & conclusam limitibus ingemi-
 scemus, sortemq. deprauata natura nostra deplorabimus? Quo demum pacto vi-
 tam ad omne facinus perpetrandum leuibus agit atam procellis comprobabimus?
 Ad beatè igitur & quietè viuendum omnes omnium temporum Viri doctissimi
 atq. sapientissimi edictis, rescriptis, responsis, legibus deniq. ipsis vim illam attri-
 buentes, non sine maxima hominum admiratione, ferociores & beluinos mores
 cohercendi, ciuilem societatem sartam atq. tectam per manus quasi posteritati
 tradiderunt. Sole namq. leges sunt, quae omnia ad conseruandum Reipub. statum
 necessaria, complectuntur. Haec improbos eiciunt, tuentur bonos, alienam à Rei-
 pub. commodis & dignitate sententiam resellunt, quae utilia simul & decora existi-

CONSILIORVM, seu

RESPONSORVM IN CAUSIS CRIMINALIBVS, RECENS EDITORVM,

Ex Excellentissimis quibusq; Iureconsultis Veteribus & Nouis,
diligentia, labore, & industria Io. Baptistæ Zileti,
V. I. D. Veneti, colle-
ctorum,

TOMVS SECVNDVS.

ET IS ALIVS, QVAM QVI IN LVCVM ANTEA MISSVS EST,

*Summarijs & Repertorio omnium, quæ ad Praxim, necessaria sunt,
per eundem Ziletum, illustratus.*



CONSILIUM D. IACOBI DE BELVISIO, V. I. D.

SUMMARIÆ

1. *Pena diuersis imposita, si ille duplicanda sit, simplex, & non duplex, consideratur. Sed contra, si ad eam consideratiua loci, & ipsius criminis, cum pena multa faciat unitatem.*
2. *Delicta quæ iusdo agerantur?*
3. *Forma dat esse rei specificata, & unam speciem, & substantiam demonstrat.*
4. *Forma noua est inter unam substantiam, non tamen unitatem corporis inseparabiliter.*
5. *Species & accidentia, vna alteri corpori, sunt inseparabilia.*
6. *Domus vna ex omnibus suis partibus, est inseparabilis.*
7. *Verbum, Quodlibet, est signum universale, omnia comprehendens.*

TOMI SECUNDI.

<i>Vfurarum debentur remittit taceturuita quinq; annorum.</i> un. 13.col.2.	134	<i>Vulnerantia plura. si manus imposita sit, pro vulnere so-</i> <i>lu pœnens est attendenda.</i> nu. 27.col.1.	301
<i>Vfurarum obligatio regulatur secundum modificationem sortu.</i> nu. 1.col.2.	36	<i>Vulnerati assertio facit ad corram iudicium, praesertim, quan-</i> <i>do est in iuris articulo conflictum.</i> numero 19. colum. 2.	305
<i>Vfurarum sufficere quando cessat.</i> nu. 107.col.1.	55	<i>Vulnerare aliquem ad sui defensionem lex permittit.</i> nu. 64. col. 1.	310
<i>Vfurari qui compellatur solvere ex contractu iurato.</i> nu. 19. co- lum. 2.	38	<i>Vulneratio an & quando dicatur decessisse ex vulnere, & mors</i> <i>vulneranti imputetur.</i> nu. 1. & 2.col. 2.	352
<i>Vfurarij principaliter peccant in Deum abutendo rerum vsu.</i> nu. 13.col.1.	49	<i>Vulneratio praesumitur mortuus negligentia.</i> numero 7.col.1. fol.	283
<i>Vfurarij non sunt gerentes negocia stipendiorum, scilicet, acci-</i> <i>piendo pagas curu, & faciendâ aliqua obsequia, & mutuan-</i> <i>do eu in necessitatibus totum certum salarium recipiendo.</i> nu. 63.col.1.	52	<i>Vulnus periculum non dicitur vulnus.</i> numero 12. colum. 1. fol.	29
<i>Vtilitas publica & fauor publicus est causa ad statuendum, &</i> <i>ordinandum contra ea, que de iure Naturali comparant.</i> nu. 93.col.1.	54	<i>Vulnus amicitia probata praesumitur casualiter, & nõ dolo com-</i> <i>missum.</i> nu. 72.col.2.	144
<i>Vulnerans cum sagitta, vel balista, vel lanceam vibrans, presu-</i> <i>mitur habuisse animum occidendi.</i> nu. 13.col.2.	132	<i>Vulnus quando non curatur à medico imperito, mors est impu-</i> <i>tando vulnerato, vel ei, qui debuit medicum addibere.</i> nu. 2. col. 2.	182
<i>Vulnerans casualiter, quando culpa casum non praesat, non de-</i> <i>bet aliqua pœna puniri.</i> nu. 73.col.1.	243	<i>Vulnus tunc mortale dicitur, quando secundum Regulas medi-</i> <i>cina vulneratum, aut nullo modo sanari potest, aut cum ma-</i> <i>xima difficultate.</i> nu. 3.col.1.	283
<i>Vulnerans culpore ob culpam etiam latam non debet puniri pœ-</i> <i>na ordinaria delicti, sed mitiori.</i> nu. 74.col.1.	243	<i>Vxor deponitur contra offensorem mariti, censetur iniuria</i> <i>vera, vel saltem praesumpta.</i> numero 10. solutuna 2. fol.	155
<i>Vulnerans non tenetur de occiso, quando de mala cura, vel malo</i> <i>regimine vulnerati constat.</i> nu. 6.col.1.	283	<i>Vxor ad testificandum pro viro non est idonea.</i> numero 13. co- lum. 1.	256
<i>Vulnerans non lethaliter pœna mortis non tenetur, nume.</i> 11. co- lum. 2.	294		

FINIS INDICIS TOMI SECUNDI.

Series Chartarum.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x.

Omnes sunt Duerniones, præter r s t u & x, qui sunt Terniones.

IMPRESSVM FRANCOFORTI
AD MOENVM, APVD MARTINVM
LECHLERVM, IMPENSIS SIGISMVNDI
Feyrabendi, Anno à Christi natali,
M. D. LXXVII.